FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Der beeden berühmten holländischen Theologen, D. Campegii Vitringä und D. Johann Meyers verschiedene Gedanken über die lezte Weissagungen Ezechiels ...

Metzler, Johann Benedict

Frankfurt und Leipzig, 1760

VD18 1318590X

Sectio I.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213055

Visual Library

II.

PRÆCIPUA CAPITA DISSERTATIONIS D. JOH. MEYERI:

ULTIMA VATICINIA EZECHIELIS C. XL - XLVIII. NONDUM IMPLETA, SED IMPLENDA.

SECTIO I.

Amplitudo totius terræ in 13 partes diſtribuendæ, & ingens ſpatium in decima tertia parte comprehenſum, perfecte quadratum, 2500 calamos longum, totidemque latum, Templo, Sacerdotibus, Levitis & Urbi conſecrandum, Ezech. 45 & 48. arguunt hanc Prophetiam neutiquam explicandam eſſe de iis, quæ poſt captivitatem Babylonicam in terra ſancta, tempore Zorobabelis & Eſræ, acciderunt.

Cap. I. De inſtrumentis & menſuris, quibus Vir in monte viſus, Ezechielis ductor, in dimenſione terræ & ſpatii iſtius quadrati uſus eſt. Ezech. 40, 3. 4.

De calamo menſorio hæc ipſius eſt ſententia, eum conſtare ſex cubitis vulgaribus quinque palmorum, & unicuique cubito ſuperadditum eſſe palmum unum, ut ita quilibet calamus haberet 36 palmos.

Cap.

Cap. II. Ambitus Templi Ezechielis ſexies major eſt ambitu Templi Salomonis & Zerubabelis. Ezech. 42, 16-20.

Cum templi ambitus a ſingulis lateribus conſtet 500 calamis, qui faciunt 3000 cubitos; ergo quatuor latera vel plagæ comprehendunt 2000 calamos, ſive 12000 cubitos. Tantum autem fuiſſe ambitum Templi Salomonis vel Zorobabelis, nemo eſt, qui contendat. Quandoquidem veteris Templi ambitum non 500 ſive ab omnibus plagis 2000 calamos, ſed totidem cubitos habuiſſe doceant. Quod eſt luculentum argumentum; ea, quæ Ezechiel de Templo vaticinatus eſt, accommodari neutiquam poſſe ad tempus Zorobabelis, vel reditum Judæorum e captivitate Babylonica. Si deſtitueremur aliis rationibus, hæc unica ſufficere poſſet ſtabiliendæ noſtræ ſententiæ, nempe hæc omnia novem extremis capitibus Ezechielis contenta ad alia tempora eſſe referenda: Quod tamen invictis aliis argumentis demonſtrari poteſt &c. Videatur idem §. X. & ſeqq. ubi ſententiam Hafenrefferi & ſic etiam Vitringæ non calamos, ſed cubitos intelligendos eſſe, refutat.

Cap. III. Magna terræ ſanctæ & ſeparatæ portio Ezech. 45, 1-4 & *c.* 48, 8-12 *Sacerdotibus ac Levitis aſſignata, tempore Salomonis & Zorobabelis eis non eſt conceſſa.*

Cap. IV. Ambitus urbis 18000 *calamorum, & ampliſſima terra Principi aſſignata Ezech.* 45, 6-8.